

Notizen.

Ein Schreiben von Willibrord Snellius an Landgraf Moritz von Hessen. Da während dem Drucke dieses Heftes eine dafür bestimmte Notiz in Ausfall gekommen ist, so benutze ich den freigewordenen Raum, um Folgendes auf Verwendung des Herrn Professor Dr. Schur in Göttingen durch Herrn Dr. Hoebel in Cassel aus den dortigen Archiven für mich erhobene, bislang nur bruchstückweise bekannte Schreiben vollständig zum Abdrucke zu bringen:

Illustrissime Principe, Domine clementissime.

Publica illa, vestri stemmatis eucomia (?) quae per universam Eureupam fama vulgabit, quamvis etiam alienissimum escitare poterant, ut tuam celsitudinem propius sibi colendam statueret. Nam et religionis purioris instaurationem simul ac propagationem a T. C. avo Philippo magnanimo factam, omnes, gratis animis agnoscimus: Bella et pericula eam ob causam magno animo suscepta, majore etiam sustentata cuncta literarum monumenta loquantur. Et tanti Herois divinum et adversis infractum animum omnes jure meritissimo veneramur, cujus pietate et clementia purior religio in omnes oras propagata tam horrendas et plusquam cimmerias tenebras dissipavisset. Atqui cum eam laudem singuli vobis propriam facitis, ut, quamvis ad istum cumulum nihil adfici posse videatur, tamen pro nuntiata V. V. C. C. benignitate et clementia semper nova accessione locupletiores efficiatis, pristinum illud et vere aureum in religione saeculum revocando haud est equidem mirandum, omnes nos undique ad tantas virtutes obstupescere et tanquam Magnos Heroes supra humanam sortem positos venerari. Quod si prisci illi, et, ut Ennius loquebatur, casci viri, hanc apud posteros de se existimationem reliquerunt, ut ob beneficia quidam in humanum genus collata mortalitatis legibus exempti in deorum numerum referri digni sint habiti; quanto verius existimabimus vos Principes propius divino numine afflatos errorum tenebras discussisse, et tot cruces ab innocentium cervicibus prohibuisse.

Certo sic in terris Dii quidam estis, cum adeo constanter supremi illius numinis leges et sanctiones itis defensum et propagatum. Verum ista majoribus praeconiis erant promulganda. Et tamen his limitibus se circumscribi vestra virtus non est passus semper aliquo novo beneficio humanum genus dimoritur, dum per omnia summa et maximo stupenda grossum facit. Princeps Sapientissimus T. C. parens sideralis scientiae cognitione (liceat enim hoc solum nunc totegisse) non tantum cum Atlanti, Hercule, Perseo, Cepheo, quorum coelestum divina notitia ideo eorum nomina ad errorem tabula traduxit, est comparandus: sed summis artificibus Ptolomeo, Hipparcho ipsique adeo Alfonso Regi longe antefendus: cum scientia illis non solum par, sed diligentia et sedulitate etiam longe fuerit superior argumenta hujus rei apud T. C. exponere vereor. Certe millas tot retro saeculis observationes, cum istis a Wilhelmo quondam Hassiae Principo sapientissimo institutis comparandas esse malignus omnino sit, qui non pleno ore fatiatur et praectat. Affixorum quadringentorum observationes rem unam omnium difficillimam, quamque post Hipparchum vix ullus tentare sit ausus, quanta sedulitate, obierit et regio plano animo perfecit res ipsa loquitur, et Tychonis ipsius iudicium horum, editionem adeo obnixae toties efflagitantis argueat sit certe propria Wilhelmi Principis ista possessio est: Tycho quaestior in in ejus rei societatem sese obtulit. Imo Tychonem quoque huc anima appulisse id vero ejusdem solidum est beneficium. Nam ille tanti Principis exemplo et et industria invitatus, absque dubio huc suam curam vertit. Quam ob rem quod sideralis scientia hoc saeculo caput illustrius circumferat. Magni illius Atlantis Wilhelmi Hassiae Landgravii sempeternum beneficium esto. De te vere magnus Princeps Domine clementissime, Principum hujus saeculi phoenix, parcius mihi dicendum vel potius omnino tacendum existimo cum ad Tuas eximias virtutes, pietatem clementiam, doctrinam, non alio praecone, quem te ipso, neque alia voce clarius et illustrius praedicari possit, quam tua. Ego sid quidquam ex infinito laudum Tuarum cumulo delibare conarer, tamen tantas T. C. virtutes et doctrinam reveritus obstupescerem, nec omnino quidquam hiscere auderem, et res Tuas maximas summis ingenii tractandas

relinquerem; quae tantae sunt, ut, quamvis strictim tangantur, summam tamen admirationem apud omnes sint pariturae: quam eximium enim illud est, quod sane haud in postrema parte Tuarum laudum positum existimo T. C. tanto iudicio vitos laetissimos et praestantissimos ecclesiae et politicae suae praeficere, ut vel in longa saecula his radicibus orta quies publica durationem et propagationem polliceri videatur. Enim vero T. C. magnis ingeniis unicum refugium Maecenas asylum cum non vivis solum sed fato etiam defunctis sis patronus Clementissimus: nam istis quoque existimationem et gloriam suam perinde atque superstitibus sartam tectam tueris ac conserbas, quorum libros postumos ab interitu clementissime vindicas. Tuo munere Principe illustrissime optica theoremata Rami et Resneri communibus vigiliis inchoata publice fruimur, opere sane elegantissimo. Et quamvis ea tantum sint lineamenta futuri operis, tantam tamen lucem doctis et studiosis attulerunt, ut opticum studium, quodquam propemodum obscuritate scriptorum neglectum jacebat, nunc magis quam ante haec unquam vigeat et certatim excolatur. Hoc igitur Tuae celsitudini mathematica quoque debent. Ne patere quaeso reliqua eorundem autorum, diutius carceribus et seris coerceri, quin potius in apertam proferantur lucem. Enimvero ista *επιεθοδία* tam clare totius corporis lineamenta ante oculos ponit, ut opera a tantis viris inchoata aliorum spissis voluminibus longe sint anteferenda. Istis enim, tanquam Ariadneo filo, involuta omnia facile evolvuntur, et errabunda vestigia diriguntur. Multa sunt in opticis hastemis ignorata, a multis etiam veterum et recentiorum vel non tentata vel perperam tradita, amplius tertia hujus parte altissimis tenebris sepulta jacebat, in qua amplissimus opticae utilitatis campus versatur. Certe Dei munus est in natura arcana penitus introspicere; eam salvam curiosis movit editio Resneriana quibus inventis vix quidquam in opticis amplius latere possit. Sed diocula opus est. Quaeso autem Princeps illustrissimus sine meas publicas utilitatis causa ea litoris exponere, qua coram non auderem. *ΤΗΘΗΣΕΙΣ* solae sunt, quibus humanae mentis acies subnixa in coelum subvolat frequenter omnibus saeculis et accurabus extare omnium interest. Hoc illud est quod ipsa Urania obnixa a T. C. contendit;

hoc Magni Herois Wilhelmi Hassiae Lantgravii manes, tanquam inferias gratissimas desposcunt: Hoc posteritas a T. C. acceptum aeternis laudibus celebrabit, si solis et Planetarum observationes deinceps porro accurate instituantur. Regia plane res est et quae privatam sortem excedat. Specula oportuna administri, organa magnitudin. symmetra. Ideo hac gloria Regum Principumque animos semper lacessivit, quia cognati aetheris societate supra reliquos afficiuntur. Suscipe quaeso hanc cognitionem Principe Illustriss. et paternam gloriam hac quoque in parte non aequato solum, sed etiam superato. Ego si in his oris res geri possit, sponte omnem meam operam T. C. libentissime offerrem. Habebis utique Tuos Hipparchos, Ptolomeos, hosigenas, si quando per graviora negotia, qua T. C. assiduo circumstant, huc curas tuas vertere licebit. Tale fuit Babyloniorum quondam nullis aetatibus interruptum institutum. Quam ob rem si laudis hujus possessionem T. C. vestrae familiae perpetuam faciat illa ipsa sidera, si ullo sensu afficiantur, multo nobis deinceps laetiora appulsura et claritate gaudium apud posteros suum cum amplissimo vestrae laudis praeconia testatura nullus dubito: Verum enim vero omnia ista hastenus publica fuerunt, et mihi cum omnibus communia, qui virtutem et doctrinam Tuam in ista purpura et sceptro suspiciunt; quae autem propius me tangunt, ea neque animus capit nedum ut voce effari possim.

Parentem meum Rodolphum Snelliun, Princ. Illustriss., tanta benevolentia summa complexus es, discedentem liberalissime numeratus honorificetissime dimisisti. Saepius senex ille mihi venerandus horum omnium memoriam reficiebat, aetatem in Hassia vestra transactam repetebat, et gratissimo animo tanta Tuae celsitudinis beneficia referebat. Saepe publice aliquo monumento. idem testari instituit: sed aetata in senium inclinata, et nonnunquam morbis gravi impeditus, quod animo destinaverat re ipsa praestare haud potuit; neque ideo tamen eam curam ex animo unquam deposuit, suo, ut etiam moribundus hoc debitum mihi, tanquam in tabulis accepti et expensi relatum reliquerit. Accipe itaque Princ. Illustriss., istas nostrae gratitudinis primitias, sed de Tuo, et e T. C. fontibus depromptae, tantisper dum etiam nostra adorimur, quae omnia

ut Illustrissim. T. C. benigna fronte accipiat, submisse et reverenter contendo,

Illustrissimae Tuae Cels^{nis} virtutum
et doctrinae, et admirator et cultor
Willibrordus Snellius R.

Lugduni in Batavis Kal. Septemb. anno partae salutis
Dionysiano 1618.

Illustrissimo Potentissimoque
Principi ac Domino,
Mauritio Hassiae Landgravio,
Domino meo clementissimo.

Dieses Schreiben bildet nicht nur ein wichtiges Belegstück für die Nummer 72 meiner Mittheilungen, sondern hat auch als das muthmasslich Einzige, welches sich von dem hochberühmten holländischen Mathematiker erhalten hat, ein hohes Interesse, so dass sein Abdruck den vielen Verehrern desselben Freude machen wird.

[R. Wolf.]

Auszüge aus den Sitzungsprotokollen.

Sitzung vom 7. Januar 1889.

1. Herr Bibliothekar Dr. Ott legt folgendes Verzeichniss der seit der letzten Sitzung eingegangenen Schriften vor.

A. Geschenke.

Von Herrn Prof. Dr. Regel:

Aster alpinus und Trichopilia Lehmanni Rgl.

Reiseerinnerungen 1887.

Descriptiones plantarum novarum 4^o. 1882.

B. In Tausch gegen die Vierteljahrsschrift:

Oversigt over det k. danske videnskabernes selskabs forhandling 1888 Nr. 2.

Monatliche Mittheilungen aus d. Gesamtgebiete d. Naturwiss.

Jhrg. 6 Nr. 6—9. Leopoldina. 1888. Heft 24. Nr. 21—22.

Mittheilungen d. nordböhmischen Excursionsklubs. Jhrg. 11.

Heft 4.